

Mixtus inter sacrificia Galilaeorum caesorum sanguis à Pilato.

Renunciatum est Jesu, Pilatum Galilaeorum sacrificia quorundam ejus gentis caede foedasse. Quaevisit Jesus, num crederent miseris illos majoris esse criminis reos pra alii ejus regionis? Non sanè, ait; quemadmodum & illi, quos subito corruens turris Siloe oppressit, non ideo criminibus reliquos omnes Jerosolymae incolae vincebant. Quare, nisi poenitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Proposuit deinde parabolam ficulneae sterilis, quam succidendam Dominus praecipit; sed dilationem unius anni vinitor impetravit, pollicitus majori se cultu illam curaturum; quibus laboribus suis si forte nullus in arbore fructus responderet, succisurum tandem sponddit (c).

Luc. 13. 1. 9.

Mulier incurva à 18. annis curatur.

Docbat Jesus pro recepto sibi more in Synagogis, cum foemina à 18. jam annis incurva, ut sursum respicere minime posset, adducta est. Praefecti Synagogae querebas ea de re suas egerunt, iniquum esse dicentes, ut tot constante diebus septimanà, adhuc tamen Sabbati dies curandis morbis impenderetur. Tunc Jesus hypocrisim illorum exprobravit; quippe qui asinum vel bovem suum die Sabbati solvere atque adquare religioni non ducerent; haberet autem gravius, foeminam molestà illà infirmitate iam inde à 18. annis laborantem eadem die relevari (d).

Luc. 13. 10. 17.

Parabola grani sinapis & fermenti. Festum Pentecostes.

Proposuit dein Jesus iterum parabolam grani sinapis in arborem satis proceram crescentis, & fermenti quod tria farinae sata subigit. Ita verò viam ad Jerusalem prosequatur, ubique per Synagogas docens. Cum autem in Urbe illà die Pentecostes versaretur, interrogavit quispiam, num rari essent qui salutem assequerentur. Respondit ille; Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quarent intrare, & non poterunt. Non omnes qui ad ostium pulsantes instabant, ingeminando pariter, Domine, Domine, reclusis foribus introducentur; Et dicit; Nescio vos unde sitis, discedite à me omnes operarii iniquitatis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Et quatuor mundi plagis undique accurrent convivae discumbentes in mensa cum Abraham, Isaac, & Jacob, dum interim Judaei arcebuuntur. Ita erunt novissimi qui sunt primi, & erunt primi qui sunt novissimi (e).

Luc. 13. 19. 30.

Herodes necem Jesu Christi molitur.

Eadem die cum renunciaretur à Phariseis Magistro, Herodem necem ipsis moliri, ita illos affatus est; Dico Vulpi illi: Ecce ejicio Daemonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertià die consummor. Producendum est mihi longius aliquantò semel à me susceptum ministerium; mors tandem Hierosolymis me manet; neque enim alibi fas est occumbere Prophetam. Tum Urbis illius Prophetarum cadibus cruentè, quae voluntati suae, cogendi nempè ejus filios, veloti gallinae pullos suos sub alis fovet, nunquam non pervicaci ausu resistentis, exitum desolationemque vaticinatur; ac tandem ita orationem suam claudit: Non videbitis me, donec veniat, cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini (f).

Luc. 13. 31. 35.

Hydropicus sanitati restitutus coram Phariseis.

Relictà Hierosolymà, Capharnaum reperit, ubi ex optimatibus Phariseorum quidam die Sabbathi ad cenam illum invitavit. Sedulo autem à Phariseis observabatur, num die illà festà agrorum aliquem curandum susciperet, quò accusationes in illum suas, tamquam Sabbathi violatorem fruendi occasionem caperent. Stabat coram Hydropicus, quæsitivè Jesus à Phariseis, num liceret Sabbato curando homini operam dare? silentibus illis, agrorum valere jussit, simulque interrogavit Phariseos, num die Sabbati lapsam in foveam jumentum suum praterirent (g)? & illi reponere quidquam non valebant.

Luc. 14. 1. 6.

Ne primi accubitus in mensa affectentur.

Animadvertens Jesus, Phariseos, qui buscum unà discumbebant, primos ambire accubitus, hæc in parabola modum affatus est. Cum ad mensam venis invitatus, infimum de industria locum elige, quò scilicet à Domino ad honestissimum locum evoceris; cave enim ne ipse primùm honoratissimum locum ambias, ne fortè te honestior aliquis veniens, locum ipse tuum teneat, te ad infimum amandato: Quicumque enim se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Quando convivium aliquod paras, cave ne potentissimos amicos necessariosque invites, fiet enim ut ipsi pariter te, æquum æquo reddentes, invitent; sed potius voca egenos, egros, cecos, quò gratiam non homo sed in resurrectione iustorum referat Deus (h).

Luc. 14. 1. 14.

Pa.

Parabola instructissimi convivii, quò invitati convivæ venire cansatione aliqua recusant.

amicos ad convivium lætitiæ invitaret. Ita pariter gaudium erit in Cælo super uno peccatore poenitentiam agente.

Parabola Filii Prodigii.

Hæc differente Jesu, ex convivis quidam occasione captatà felicem pronuntiavit, cui id dabitur, ut in Regno Dei discumbat. Tunc Jesus hanc ingessit parabolam. Splendidissimus Vir quidam instruxerat convivium, quò invitati plures venire, cansationem prætextantes, recusarunt; alius enim se villam emisse respondit, alius boves, alius duxisse conjugem. Eam rem ferens acerbè convivi Dominus, jussit ad cenam obvios quoscumque egenos claudosque invitari. Missi pariter & per agros viri, ut quos maxime in via offenderent ex infima hominum foce eò deducerent; denunciavitque famulis futurum, ut nemo è prioribus invitatis ad cenam ipsis paratam introducerentur (i).

Luc. 14. 15. 25.

Parabola adificium aliquod aggredientis, qui secum rationem init, num tantum habeat in numerato, quantum absolvendo edificio sat est.

Magno turbarum satellitio Jesus Galilaeam discurrebat, docens undique per Synagogas, comitibusque suis denunciatis, neminem inter Discipulos Filii hominis accensendum, quin prius parentibus suis necessariisque, ac sibi tandem renunciaverit; oportere ut levatà in humeros cruce ipsius Magistri relegantur vestigia. Proposuit demum parabolam hominis, qui adificium aliquod molitus, secum tandem rationem init, num tantum habeat in numerato, quantum ad absolvendum opus sat est. Regis pariter, qui ante susceptam expeditionem aliquam in alium Regem, deliberat prius, num cum collecto decem millium exercitu resistere valeat adversario, bis totidem militibus valido. Ita pariter, inquit, qui non renunciat omnibus, quae possidet, non potest meus esse Discipulus. Bonum est sal; sed si fortè evanuerit, in quo condietur? neque in terra, neque in sterquilinio utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat (k).

Luc. 14. 25. 35.

Jesus cum Publicanis vescitur. Parabola ovis palantis.

Edierat jam Capharnaum, factusque ad illum audiendum & Publicanorum, & perditorum hominum concursus, quibuscum ne vesci quidem Jesus designabatur. Murmurantibus eà de re Phariseis, parabolam narravit. Erant viro centum oves, quarum cum unam desuisse animadverteret, ceteris omnibus relictis errandam illam quaesivit, inventamque in humeros suos levans, reduxit ad gregem. Tanto ille reductæ gaudio affectus est, ut

Priori alteram attextit parabolam, filii prodigi, qui portione hereditatis sibi obventis à Patre requisitâ, receptaque, in regionem quandam longinquam cum divertisset, amicorum compotationibus, & luxu patrimonium illud omne dilapidavit. Quare in extremas rerum omnium angustias redactus, pacendo grege porcorum vitam tolerare coactus est. Iis angustia vitæ incommotis ad saniora revocatus consilia, reverti ad patrem statuit. Venit igitur; exceptusque humanissime à patre novis vestibus indutus est. Tum amplissimum instructum ab eodem patre convivium, ut lætam adventus filii sui diem celebraret. Accidit ut frater natu major ex agro veniens & omnia resciscens graviter tantum lætitiæ apparatus ferret. Cui senex oportere dixit festum de adventu fratris diem agere, quippe qui singulari aliqua ratione velut in vitam redisset, & errabundus palansque tandem inventus esset (l).

Luc. 15. 1. 32

Secundùm hæc, transvadato Jordane, per regionem trans amnem in Judaeam venit. Comitabatur virum cum turbis frequentissimis ingens agrotantium multitudo, quos omnes recepta valetudine incolumes remittebat (m).

Matt. 19. 1. 2. Marc. 10. 1. 2.

Parabola Oeconomi infidelis, & pessimi administratoris.

Narravit pariter Discipulis parabolam Oeconomi infidelis, qui post dissipata bona Domini sui, cum in reddenda ratione de rebus suis diffideret, singulos convenit ejusdem Domini sui debitores, debitumque remisit, quò scilicet è domo heri pulsus, illos benevolos hospites nancisceretur. Monuit ergo Jesus, ut sibi de divitiis iniquitatis amicos compararent, à quibus in æterna tabernacula reciperentur. Qui, ait, in minimo fidelis est, erit & in majori; & si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Nemo potest duobus Dominis servire; non potestis Deo servire & mammona (n).

Luc. 16. 1. 13.

Pharisei, quorum erat auri fames valida, Jesum talia differenter ridebant; sed ille Deum dixit intima cordis rimari, & quæcumque in honore essent apud homines, hæc maxime abominationi esse Deo, & ludibrio. Lex & Prophetæ usque ad Joannem; ex eo Regnum Dei evangelizatur; & omnis in illud vim facit. Facilius est autem Cælum & terram præterire, quàm de Legè unum apicem cadere (o).

Luc. 16. 14. 17.

Li.

Licet ne à conjuge factò divortio recedere?

Tentandi viri gratià rogarunt Phariſæi, num liceret factò divortio conjugem dimittere? Interrogavit viciffim Jeſus, quid Moyses eâ de re statuiſſet? Cum permitti repudiū libellum auდიſſet; fa- teor ait Jeſus, ſed hæc à Moſe per- miſſa ſunt ad duritiã cordis veſtri: ab initio autem creatura masculum, & femi- nam fecit eos Deus: propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adha- rebit uxori ſuæ. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. Omnis qui dimittit uxo- rem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur, & qui dimiſſam duxerit, mæchatur (p).

p Matth. 19. 3. 9. Mar. 10. 3. 9. Luc. 16. 18.

Tria Eunuchorum genera. Virgi- nitas commendatur.

R egreſſum in domum Jeſum Apoſtoli iterum ſuper hæc interrogarunt, eademque ille, quæ priùs Phariſæis, repo- ſuit. Sed, inquirunt Apoſtoli, ſi ita eſt, non expedit nubere. Tunc Jeſus: Non omnes capiunt verbum iſtud. Tria ſunt Eunu- chorum genera, alios reddit naturæ, ſive temperamenti vitium, alios neceſſitas, alios voluntas, quorum poſtremi ab eo vo- luptatum genere ſe continent, ut ſibi Re- gnum Cælorum promereantur (q).

q Matth. 19. 10. 12. Mar. 10. 10. 12.

Parabola Lazari, & Divitis impii.

Narravit aliam parabolam Lazari, & divitis impii, quorum ite ſplendidif- ſimis veſtibus, & inſtructiffimis ſemper conviviis luxum ſpirabat; cum interim Lazarus præ foribus viri illius facens, mi- cis tantummodo è menſa illius decidentibus ſaturari rogaret. Ambo tandem diem clauſerunt, ſed impari forte; nam Laza- rus in ſinum Abrahamæ, dives in Infernum exceptus eſt. Quare tollens oculos miſer ille, & à longè Abrahamum proſpiciens, ut mitteret Lazarum rogavit, guttà tan- tummodo frigida è ſummo digitulo ſtil- lante æſtuantem refrigeraturum. Repoſuit Abraham, illum quidem, dum viveret, nil ad voluptatem reliqui feciſſe, quare mo- dò viciffim Lazarum oblectari par eſſe; ſtatui pariter inter utroſque medium in- gens aliquod, & impermeabile chaos, quò tranſire Lazarus hinc illuc prohiberetur. Perrexit iterum Dives, obſecrans ſaltem, ut nuncium vicis ſuæ ad quinque fratres ſuperſtites mitteret, ne parem vitæ exitum haberent. Cui Abraham: Habent Moſem, & Prophetas: audiunt illos: & ſi non au- diunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexe- rit, credent (r).

r Luc. 16. 19. 31.

Scandali malum & diſcrimen.

Impoſſibile eſt ut veniant ſcandala, ait, Jeſus Diſcipulis ſuis: Veruntamen, vobis homini illi, per quem ſcandalum ve- nit; utilius eſſet illi, ſi lapis molaris impo- natur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quàm ut ſcandalizet unum de pu- ſillis iſtis. Si frater tuus aliquis injuriã te affecerit, verbis illum corrigere permittetur; ſi poenitentiam egerit, dimitte illi; & ſi ſepties in die peccaverit in te & ſepties in die converſus fuerit ad te, dimitte illi. Rogarunt Magiſtrum Apoſtoli, ut in ſe fidem augetet, quibus ille. Si habue- ritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro; Eradicare, & tranſplantare in mare: & obediet vobis (s).

s Luc. 17. 1. 6.

Servi inutiles ſumus.

Utrum noſtrum in Deum obſequium ni- hil eſſe demonſtraret Jeſus, & poſt hæc omnia inutiles eſſe ſervos palam ar- gueret, parabolam narravit Domini, cu- jus ſamulus paſcendo grege ſive colendo agro occupabatur; revertenti enim illi ex agro, an forte imperabit menſa accumbat, ſeu potiùs ut ſibi cibum paret, veſcenti- que miniſtret, ac deinde ipſe ſe cibo re- ficiat? Nunquid autem gratiam habet Do- minus ſervo illi, quia fecit, quæ impera- verat (t)?

t Luc. 17. 7. 10.

Festum Tabernaculorum vel Sce- nopegia 19. Tizri, 13. Octobris, A. J. C. 35. Æra vulg. 32. Jeſus à neceſſariis ſuis ſollicitatur, ut Jeruſolyamam petat.

Inſtante jam feſto Tabernaculorum vel Scenopegia, neceſſariorum ſuorum ſol- licitationibus urgebatur Jeſus, ut Jeruſo- lymam ſe conferret, quò ſcilicet devin- ctos ſibi in exordio prædicationis ſuæ bien- nio ante ibidem Diſcipulos, Joan. 2. 32. vi- ſis, quæ ab ipſo patrabantur, miraculis, ma- gis magiſque confirmaret, ſequè ipſum pa- lam orbi oſtenderet: neque enim fratres ejus adhuc, inquit Joan. 7. 5. credebant in eum. Sed Jeſus irent quidem ipſi, ſiquidem vellent, Jeruſolyamam, dixit, ſe tamen non iturum, non enim adhuc tempus aſeſſe. Cum tamen illi eò divertiffent, venit tan- dem & Jeſus, cujus multus erat rumor in populo, & undique ab omnibus quereba- tur (u).

u Joan. 7. 2. 13.

Jeſus docet in Templo. Doctri- nam ejus ſupent Judæi.

Media jam effluxerat octidui ſolemnita- ſtas, cum petens Templum Jeſus in- ſtituere populum aggreſſus eſt, non ſine Judæorum admiratione, quippe qui nul-

lis vacaſſe illum literis norant. Sed Jeſus non eſſe cur eâ de re ſtuperent, prodidit: habere enim à Patre Cæleſti, quo mittente venerat, ſibi creditam eruditio- nem. Cum verò mala eorum in ſe con- ſilia penetraret, palam edixit, reos eſſe ipſos Moſaicæ Legiſ transgreſſa; illà enim homicidium prohibente, ipſos ſuam necem moliri. Ad hæc populus, cui ni- hil de prava Sacerdotum & Phariſæorum voluntate erat exploratum, agi ipſum à Dæmone palam diſſabat: Quis enim, dicebant, necem tuam cogitavit unquam? Quibus Jeſus, Ego, ait, unico inter vos prodigio clari, valetudine nempe agro- to ad probaticam piſcinam conceſſa Joan. 5. 1. 15. & vos omnes hæretis ſtupen- tes. Ductis autem iniquum, me die Sab- bati hominem curare, cum eadem die, ut Moſaico præcepto, ſeu potiùs ſenioribus eandem cæremoniam jubentibus, obſequa- mini, à circumcendendo homine nulla vos religio abſtreat (x).

x Joan. 7. 14. 24.

Unde produrus ſit Meſſias, igno- tum.

Digito notabat hominem cives qui- dam Jeruſolymaz, ſecum invicem ſtu- pentes, cur homo, quem Phariſæi in- necem quærent, adeo liberis verbis lo- qui impudè permitteretur. An forte, di- cebant, verè cognoverunt Principes, quia hic eſt Chriſtus? Alii verò contra nega- bant Meſſiam eſſe; hunc enim, dicebant, ſcimus unde ſit, Chriſtus autem cum ve- nerit, nemo ſcit unde ſit. Clamabat in- terim Jeſus in Templo: Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis, niſi me, quem vos ne- ſcitis. Ego ſcivi eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me niſit. Volebant injicere in illum manus, ſed nondum maturo ad eam rem tempore, eorum conſilia omnia fruſtra- erant. Multi autem credebant in eum ex populo, id apud ſe reputantes: Chriſtus, cum venerit, nunquid plura ſigna faciet, quàm qua hic facit (y).

y Joan. 7. 25. 31.

Sacerdotes capiendo Jeſu collectam manum immittunt.

Quos vulgi ſermones compertos habentes Sacerdotes & Phariſæi, capiendo Jeſu viros ſummiferunt, quibus ille: Adhuc modicum tempus voſcum ſum, & vado ad eum, qui me niſit. Queretis me & non inveniatis, & ubi ego ſum, vos non poſſitis venire. Ambages loqui autumabant Judæi, quoniam hæc ſpectarent ſecum invicem quæ- rentes: Queretis me & non inveniatis. Numquid, dicebant, in diſperſionem gen- tium, & docturus gentes, ſcurus eſt? (z).

z Joan. 7. 31. 36.

Jeſus fons aqua viva.

Noviſſimo Feſti Tabernaculorum die Jeſus ſtans in Templo clamabat, fon- tem ſe eſſe, unde ſitientes omnes pota-

rent: Qui credit in me, flumina de ventre ejus ſtant aqua viva; quibus verbis taci- tè inſinuavit ſpiritum, quem accepturi erant credentes in eum. Variè hæc inter populum excipiebantur; alii enim verum Prophetam reputabant, alii Chriſtum. Sed numquid Chriſtus à Galilæa? dicebant non- nulli. Nonne Scriptura dicit, quia ex ſemine David & de Bethleem caſtello, ubi erat David venit Chriſtus? Diſſidium erat eâ de re inter turbas, miſſique à Sacerdotibus ad eum capiendum viri, re inſectâ redierunt, locutum hominem, quæ nemo unquam alius, ſtupentes. Cum hæc re- nunciarent Sacerdotibus & Phariſæis, re- ſponderunt illi ex adverſo. Numquid & vos ſeduci eſtis? an ex Principibus & Phari- ſæis aliquem inter ejus ſedatores, & non- niſi ex turba maledictos aliquos, vidiftis? Nicodemus, qui Chriſto occultè ſtudebat (a), Nemo, ait, inauditus in Lege dam- natur. Illi contra: Nemo è Galilæa Pro- pheta: an tu forte Galilæus eſ? Subeunte jam tum veſpere, abierunt omnes in diver- ſa, totamque illam noctem Jeſus in monte Olivarum exceſſit (b).

a Joan. 3. 1. 21.

b Joan. 7. 37. 53.

Mulier in adulterio deprehenſa ad Jeſum adducitur.

Rediit in Templum mane, prædicationis munus reſumens, adductaque ad illum muliere in adulterio deprehenſa, para- ra per dolum queſtione, interrogavit Phariſæi, quid factò opus eſſet? Tacens Jeſus ſcribebat in terra; dein furgens juſ- ſit ut qui nullâ peccati conſcientiã tene- retur, primum omnium lapides in ſœminam mittere; iterumque inclinatus ſcriptita- bat. His auditis, accuſatores alius poſt alium dilapſi ſunt; relictamque ſœminam ſolita- riam interrogavit Jeſus, num à quoquam damnaretur? Et cum illa à nemine ſe damnatam reſpondiſſet. Vade, ait Jeſus, & jam amplius noli peccare (c).

c Joan. 8. 1. 11

Jeſus lumen Mundi.

Tum inſtitutam ad populum orationem proſecutus Jeſus, dicebat: Ego ſum, lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Dicentem exceperunt Phariſæi: Tu de te ipſo teſtimonium perhibes; teſtimonium tuum non eſt verum. Tunc Jeſus. Eſt teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum, quia ſcio unde veni, & quò vado, quorum utrumque vos ignoratis. Si ego judico, judicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum; ſed ego, & qui niſit me Pater; ex Legiſ autem præſcripto duorum teſtimonium ta- tum aſertumque tenendum eſt. Rogarunt illi, ubi nam Pater verſaretur; & ille vi- ciſſim: Neque me ſcitis, neque Patrem meum; ſi me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis. Hæc diſſerebat Jeſus in ga- zophylacio Templi; & cum deſtinata ipſi hora nondum veniſſet, nemo injicere in eum manus audebat (d).

d Joan. 8. 12. 21.